



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

3. Iaponum ad literas, & arma ingenium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

tem, aut vñionum inutile par, integris patrimoniis à nobis emi, cum præter antiquitatis titulum ea vasa hauriendo Cia vsum nobilem p̄beant. Certè Rex Bungi P. Valignano, eiusmodi vasculum, ostendit quatuordecim millibus ducatorum à se emptum, quod æui omnis memoriam excederet; & fuit aliud Meaci quod æstimabatur triginta millibus. Vester quod attinet, omnes sunt talares, trancis ad cubitum manicis, & nudo brachio; vestrum sinus, cum domo prodeunt, non uno modo ad zonam suspendunt. Vix nisi sericis quisquam induitur, quotam & ab se, & ab Sinensibus magna copia abundant; nec sunt vñquam uestes etiam senum, & grauium vnius coloris, qui fusco simplici matritatem redoleat; sed rubro cœnulo, croceo segmentatae, & intextis omnium colorum floribus elegantes; estque apud illos constanti more visitatur ut bis die quotannis fixo, illas mutent, ac propt' anni temperas tulerit, hybernis omnes aut æstiuos induiri, velut ex composito producent, dies porrò omissis hebdomadis, ex Luna tantummodo computant, quemque nos mensis exempli gratia secundi decimum; Lunæ secundæ decimum ij dicunt, annum enim totum in Lunas duodecim partiuntur.

3. Dotes ab natura Iaponiis inditas, & morum virtutes ne tacitus Iaponum ad silcam, viuaci primùm esse ingenio, & acuto, si qui vñquam hominum, literas, & anima inge-

suum.

Iaponum ad silcam, viuaci primùm esse ingenio, & acuto, si qui vñquam hominum, fatentur vñuersi; ac licet omnibus arma potius quam literæ cordi sint, præter illos quos templis destinant; sed ubi animatum ad literas applicant, facilitate ingenij, & tenacitate memoriae excellunt. Vnus eorum sermo, & scriptio comprehendit nisi mente capacissima non possunt. Sermo quidem esto, tota Iaponia vnum sit, sed multorum instar, personis & rebus accommodandus est; alia est domestica dictio, alia concinna loquentis, alia nobilis, mercatoris, plebeij, seminarum; in factis veris, & regni negotiis tractandis longissime diuersa; forēque ineptum, verba, & sententias adhibere, quæ personæ, argumento, & occasione minus propriè conuenirent. Scribendi ratio, literis non constat, ex uno alphabeto in voces diuersas variè commissis. Sed vnaquæque res uno tantum peculiari sibi exprimitur caractere, quo exprimi alia non potest; ij autem caractères tot constant rectis, curvis, implexis & in notam vnam coalescentibus ex lineis, ut vel paucos animo memoria tenere, tam multiplici, & enormi specie impressos pro miraculo sit; censentur ij tamen ad multa millia. Hanc scribendi artem Combodascum quendam, insignem doctrinis Bonzium, ex Sinis ait in Iaponiam intrixisse; maiorem homine creditum, & spiritum potius, vel ab cœlo, vel ab inferis extitisse; si tamen hominem, etiamnum in viuis hunc esse; cum enim se olim viuum spelunca condere decreuisset, muro duplice obturandam curasse, & vaticinatum euoluto cursu decem milium annorum, Mitozum nescio quem, regna illa nouis scientiis, & religionibus turbaturum, se verò tunc demum suo illo ex cauo proditurum, eique obstitutum. Dormire interea sublatis in cœlum manibus longum

longum somnum putant. Aedificatum ad eius cauernam (in Coia leucis ab urbe Sacaio tredecim) templum ingens illius nomini opere regio; & cœnobium Bonziorum, omnes ferè colunt Iaponum Prouincia, quæ Anno 1560. lucernarum ibidem ad quatuor millia alebant, beatū verò si cui datum sit dentes suos propè illā specū sepelire, id certo sibi persuadēt sat esse, ut in Combodasci Paradisum nullo negotio tollatur, Scriptoris vero linea à lœua in dextram ut Græci & Latini, Iapones non ducunt; nec è contrario ut Arabes, & Hebræi; sed à summo ad imum descendunt, naturæ imitatione quæ ab nobilissimo vertice hominem ad imos pedes fixit, quo argumento miranti Xauerio formam illam scribendi Paulus à S. Fide satisfecit. Iam tot caræcterum absque numero multitudo ut ex parte aliqua condiscatur, traduntur docendi Bonziis pueri, qui secum illos à teneris ad usque annum quartum & decimum in cœnobii alunt. Hinc solemni die, atque pompa, magno concursu agnatorum, à Præposito Bonziorum ense accinguntur, & inaugurantur militia nobili; traduictique in paternas domos tyrocinium armorum ponunt, in quibus, ut sunt animo ingenti, & membris habiles, magnam statim peritiam assequuntur, sine acinace, & canteriata catapulta; sive hastilibus, & arcu pugnandum; atque hoc armorum nobilium fastu adeò ipsi timent, ut ne discubituri quidem ene plane abiecto discingantur, sed noctu ad manum in cervicali depositum habeant. Illud denique inter illos iactatur, haud nasci nobilem ut in lecto degener obeat, bestiæ in morem ignavè porreatus; sed in acie pugnando fortiter occumbat. Quæ mihi ampulla dicti arrogantis, generosius aliud P. Melchioris Nugnesij refricat; nempe homines de Societate quos in Orientem ad conuersiones animarum Europa transmittit, si minus viiles, certè infortunatos mori, cum in lectulis moriuntur; quod tam infinita tot inter infesta maria, & terras iactatio; tot, inter barbaros aruminosi labores, non satis decorè nisi martyrio clauderentur. Quibus verbis dolebat se tanto munere priuari. Sed de Iaponiis absoluanus, quorum opes carissimæ, arma; tum plurima, tum eximia temperationis, & gemmis auróque magnifica. Lege autem inuiolabili obseruant, ut si quis contactu raserit vel obiterensem nobilis, pedem retro mox ferat, & prehensum quod incautè attigit ferrum, honoris gratia suo capiti imponat. Et si vero toti militares, haud tamen ad arma ex leui præcipites, nequeensem distingunt nisi certi perire, aut perdere. Honoris sensu exquisito, & tenero, nulla æquè natio tangitur, cumque sint eius appetentissimi, omnes quoque iniucem obseruant, & colunt; nec est adeò Irus, & mendicus quem ausit etiam vir princeps, factio, dictōve humili, aut superbo asperetu lœdere; certò alioqui eam iniuriam vindicta luiturus. Nobilitas verò apud illos est tanti, tantoque ambitu sincera seruatur, ut nec Crœso plebeio, nobilium quisquam, deformissimam filiarum vallis conditionibus dare vxorem sustineat, ne splendorem auris sanguinis, populati obscurer. Vt autem animi celstudo, & decori cuius-

T 3 dam

dam ubique splendor, præcipue nobiles exornat, difficile dictu est quantum in hoc genere populis omnibus antecellant: qualiscumque illos, quantumvis lubita, & funesta calamitas preferit; probro ducunt voce villa tristi sensum eius, aut vultu præferre; ac licet mœstre diueli sibi vitalia sentiant, frontis sereno illum dissimulant, & alacriores solito videri satagunt; ne in famulos quidem indignantur, aut impatienter commouentur, vocem altius non attollunt, in iuramenta, & execrationes non erumpunt, ac ne iis quidem obloquuntur, quos iris capitalibus odere, ne agi perturbatione censcantur: filium parens morte damnaturus ea oris sedati specie, maiestate verborum, & tranquillitate id ager, tam placida, ut si sacrum perageret non parricidium: suspicatus se ab inimico ad necem queri; exinde procedet incomitator, magnanimum ratus suo viuis ferro confidere, & illum metus omnis contemptu, & audacia vincere, mori denique tam leue iis est, vt in domesticis casibus etiam pueri, vltro sibi ventrem secare non timeant (qua mors nobilium est;) idque gratia loco petant extremo supplicio addicti, ne ferro carnificis vel attractu foedentur. Excelstateni hanc stoicam consequitur tolerantia paupertatis, cum incredibili animi æquitate, eoque propensior quod illic paupertas nobilibus haudquam pudori est; fed dinites, inopes fuerint, iisdem semper honoribus coluntur. Hinc ad sarcandas rei domesticæ lacunas, nobilium nemo, ad commercia se demittet, famaque prius interibit, quam ditari cum aliqua nobilitatis nota velit; multò minus descendet ad captanda lucra ex foliorum, & aleæ ludo. Quoad fortia vero, tanta sunt illic detestationi, ut scribat Xauerius nusquam se tam rara vidisse, quippe tametsi levissima, capite plectuntur; & grassatores proscriptio publica, priuato cuilibet addicit necandos, fitque illorum frequens tanquam infestantium regiones ferarum venatio. Postremò, sint sanè vitia Iaponum, & multa, & horrenda, ut est crudelitas, etiam in propinquos, inhumanitas in ægrotos, simulandi ambitio tam nequam, ut conuictio tribuant, si cordis viuis homines nuncupentur; prodiciones quacumque vis deficit; omnium vero execrabilis nefanda libidines, pueros, senes, feminas, sacerdotes, omnem gradum, ætatem, sexum, pari scelere perugatae; Sed aduertit vitæ sanctæ, vbi quid dissentaneum rationi perspexerint, facile ab eo auerti. Quod autem per se id non intelligent, culpam hanc esse Bonziorum, qui docent primos Iaponum Deos & tales vixisse; & ipsi tales vinunt, cæcumque populum falsitate doctrinæ, & probro detestabilis, exempli in exitium agunt.

4.

Iaponum gubernatio ci-
pilis, & sacra.

4. Iaponiam reges antiquitus habuerunt; Micoti vocabantur, quod Altos, & Sublimes sonat; eorum duodecim hodieque singulari coluntur veneratione, Camidum nomine, credunturque ab sole, legitima serie propagati. Sacrificatur iis tanquam penatibus odoribus suffitu, prostrato ante illorum statuas corpore. Luna vero Augusti quinta & decima, solemni ritu atque apparatu supplicatio annua iis instituitur; circumfe-
runtur